et incorporat perpetuo. Etiam ex nunc eadem resignans Generosa Helizabeth Lu-
toslawska eidem cessionario suo ac posteris illius coram officio praesenti
in bona praefata praesentem per se resignantem abscessa dat et admittit rea-
lem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemcunque
et nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio praesenti additos die quacunque
voluerit officio se accepturo per ipsum Generosum cessionarium suum et
illiusque successores hactenus cessum ius ac bona praesentem abscessa cum univer-
sis beneficiis et praerogativis tenendum habendum possidendum illisque succe-
et quiete utifruendum ac ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplaci-
citos libere et effectualiter convertendum perpetuis temporibus. Idque vigore
praefati iuris originalis sibi ad praemissa servientis ea omnia latius in se cont-
plectentis et praesentem inscriptionis cessionariae et condescendendum. Nihilominus
eadem resignans Generosa Helizabeth Lutoslawska suprascripto Generoso Alexan-
dro Fredro et posteris eius dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque
potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castrensibus authentice de-
promptam ad Acta Iuris authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia
quandocunque voluerit transferendum et transportandum quae transportata tanti va-
lebit acsi per ipsummet resignantem transportata foret. Hac sua praesenti inscri-
ptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feri-a Secunda post Festum Sancti Lu-ce Euangelistae proxima Anno Domi-ni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

21/X
1630

Didinska Vleniecķiemu Roborat Intercisam

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Generosa Zophia de Nowa wies olim Generosi Joannis Dydinski Subdapiferi
Terrae Sanocensis consors relicta sana mente et corpore existens a Terrenis dispositionibus
iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo se vero cum
successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Praemisliensis

quoad

quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando et subiciendo pa-
lam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa se ac suos successores in
et super bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis
Generoso Floriano Vleniecki Rotmagistro Sacrae Regiae Maiestatis et ipsius
successoribus inscribit et obligat praesentibus intercisam certam inter se resignantem et
Generosam Barbaram Trzcinska olim Generosi Stanislai Trzcinski consortem
relictam matrem vero sui resignantis ac Generosos Stanislaum Pecoslawski atque
Thomam Gorlowski ex una et praefatum Generosum Florianum Vleniecki Rothma-
gistrum Sacrae Regiae Maiestatis ex altera parte de actu et data in villa
Zarecze Feria quarta post festa solennia Sacri Paschatis in anno praesenti
confectam manibus sui resignantis et eiusdem Floriani Vleniecki atque Thomae Gor-
lowski propriis subscriptam sigillisque duobus communitam in omnibus et sin-
gulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis ligaminibus
et nexibus quibusvis universis tam in toto quam in parte pro parte sua firmiter te-
nere complere exequi ac inviolabiliter observare. Eidemque intercisae et omnibus
illius contentis toties quoties opus fuerit suo pro interesse satisfacere prae-
fatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam
intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio octo millium florenorum
pecuniae polonicae per praefatam Resignantem Generosam Zophiam de Nowawies Dydin-
ska et ipsius successores praedicto Generoso Floriano Vleniecki et ipsius successoribus
ob non complementum contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum se pro
suo interesse stringendum et praefato Vleniecki ac ipsius successoribus semel tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum. Prae-
terea memorata resignans Generosa Zophia Dydinska se ac suos successores in et
super bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis quibusvis inscribit et ob-
ligat praesentibus Generoso Floriano Vleniecki et ipsius successoribus inscriptionem
praesentem roborationem ex his Actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta
Terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transferre et transportare.
Idque sub vadio similis summae octo millium florenorum pecuniae polonicae per prae-
fatam resignantem Generosam Zophiam Dydinska et eius successores praefato

Gnoso Floriano Uleniecki et ipsius successoribus ob non trasportationem inscriptionis
praesentis pro tempore et loco supraexpressis ad soluendum succumbere vel
etiam si id praefato Gnoso Floriano Uleniecki visum fuerit extunc eidem
et ipsius posteris praefata reginis Gnosa Zophia Dydinska dat et con-
cedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem eandem roborandam
ex his actis castrensibus ad eadem Acta terrestria Premisliensia quandocunque voluerit
transferendi et trasportandi quae trasporta tantum valebit acsi per ipsimet reco-
gnoscentem transportaretur. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemis-
so ad soluendum succubitur acsi aliqua praemissa non completa complendisque prae-
missis citata existens memorata reginis Gnosa Zophia de Nowawies Dydinska
aut ipsius successores Adinstantiam praefati Gnosi Floriani Uleniecki aut ipsius
posterorum Ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense ex hic recessu suprascripto
quoad vendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere videre vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat cuncte terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes
Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minoreve nitate
successorum legatione intra vel extra Regnum [illegible] militari ad munimentum ad Evictionem
vel aliis quibusuis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quieta-
tionem ultra priores terminos officii praefati castrensis Premisliensis dillationem sibi non
recipiens nullasque moneas appellationes ac canum prosequiones faciendo ac praemissa om-
nia poenis simplicibus vel triplicatis Quaestionibus suspensionibus fatalis iuris prae-
scriptione Terrestri bello conuentioneque et aliis omnibus iuris remediis et defen-
sis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Fe-
ria Quarta post Festum Sancti Lu-
cae Euangelistae proxima Anno Domi-
23/x 1630 ni Millesimo Seccentesimo Trigesimo

Vruski Manasterskim Coniugibus
Donatio

Comparens

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus
Nobilis Iwan Vruski olim Nobilis Choma Vruski Matiaszowicz fili-
us sanus mente et corpore existens a terminis distributionibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibusuis propriis et competentibus renuntio huic autem iurisdictioni Ca-
strensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se ad successoribus bo-
nisque suis quanti omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse bona sua propria
et haereditaria infrascripta videlicet totas et integras sortes certas suas in Vil-
la Vroze sitas in districtu praesenti Premisliensi iacentes et consistentes in se vero
recognoscentem post sterilem de hac luce decessum Nobilis olim Lukass Filio-
lim Nobilis Iwani Vruski Matiaszowicz fratris vero sui patruelis iure di-
uino et naturali successionis deuolutas et se concernentes cum omni praemisso
iure dominio et proprietate tituloque haereditario Cumque omnibus et singulis bonorum
praefatorum utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus
attinentiis et pertinentiis quanti uniuersis ac uniuersitali bonorum praefatorum fun-
do et haereditate nihil ex praemissis iuribus dominii et proprietatis tituli praetextu
et quibus competentibus ac praerogatiuis pro se suisque successoribus aut aliquo quopiam
reseruando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum
bonorum haereditatis se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et praetenditur
et prout easdem ipsemet reginis tenuit habuit et possidebat ipsisque concernebat
ac eidem seruiebat Iam ex nunc et de facto Nobilibus Paulo Manasterski
Matyszyc et Maruchnae Kropiwnicka coniugibus et ipsorum successoribus dedit
donauit inscripsit et resignauit prout praesentes dat donat ac titulo puris meris
perpetuis et irreuocabilibus donationis inscribit et resignat perpetuoque in euum
irreuocabiliterque. Etiam ex nunc idem reginis eisdem suis Donatariis eorumque posteris
in bona eadem praesentibus donata coram officio praesenti dat et admittit realem
intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobi-
les duos ipsi nunc ab officio praesenti additos die quacunque voluerit officiose
acceptandam per ipsos donatarios suos eorumque successores bona eadem praesentibus
donata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi
ac ad usus suos suorumque successorum beneplacitos quosuis libere conuer-